



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joan. Henrici Meibomii De Cervisiis potibusque &
ebriaminibus extra vinum aliis Commentarijs**

Meibom, Johann Heinrich

Helmeftadii, 1668

Capvt Decimvm Octavum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10160

ἀπὸ ὀρύζης ἀπὸ κριθῶν συντιθέντες, vinum non bibere nisi in
 sacrificiis, idē ex oryza loco hordei confectum. Meminit e-
 jusdem potus Rhases lib. III. ad Almanf. cap IX. Fit etiam
 hodie ex oryza hic potus in Magni Chami regione Cathai
 in provincia Cangigu, Quinsai, insula Zanzibar, & pro-
 vincia Aden. Hunc suo sapore etiam vini suavitatem ex-
 cedere, ac citius inebriare, scribit M. Paullus Venetus lib.
 II. Region. Orient. cap. xxv. xli. xlvi. & lxxv. lib. III. cap.
 xli. & xlvi. Tartari Dagesthani Persiæ confines potum ex
 oryza coquunt feculentum, quem *braggi* vocant teste A-
 damo Olcario Itin. Persiæ part. III. In Peru potum ex ory-
 za, referente Jo Bodæo comm. ad Theophrast. Hist. plant.
 18 lib. IV. cap. v. *acuam* vocant; in Japonia, factum ex ea v.
 19 num Javenſes nuncupant *aracle*. In insula Palaoam & in
 Pegu potum haberi ex oryza vi ignis destillatum, longe va-
 lidiore vapore, quam quod ex palma fit vinum, quodque
 cum aqua vitæ dicta ceter, testantur Scaliger & Bodæus
 locis jam laudatis.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

SUMMARIA.

1. Potus ex arborum & fruticum fructibus.
2. ex pomis.
3. pomatum, pomata.
4. Glossæ Isidori explicata.
5. mollis, pro leni.
6. hydromelum.
7. poma Matiana.
8. σκωασία ὑδρομήλις.
9. μηλίτης ἐνϙ.
10. vinum cydonium.
11. ὄνϙ μηλίτης, καὶ ἔξοχιν.
12. modus parandi.
13. vinum mali punici.
14. ἐκ ἐϙίης.
15. cydre.
16. potus ex pyr-
ris, pyratta.
17. vinum apittes.
18. sidra.
19. du pere.
20. Apfelmof / Birnmof.
21. potus ex myrti baccis.
22. vinum palmeum.
23. ex loti arboris fructu.
24. ea de re
dubitatio ex Strabone.
25. qua diluitur.
26. vinum ex me-
spilis, siliquis, sorbis, cornis, moris, pineis.
27. ex ficibus.
28. tamarindis.
29. fructibus Brasilianis.
30. ex aromatibus.

Præter

PRæter jam recensitos inebriantes ex frumentaceis potus, i
siebant & alii ex arborum fruticumque fructibus, cum-
primis ex *pyris* & *pomis*, seu, ut Plinius ait lib. xiv. cap. xvi.
ex *pyris malorumque omnium generibus*, tam hortensibus quã
silvestribus, in aqua maceratis & quasi in putredinem solu-
tis, confecti. Hos Hebræi sub *sicera* nomine complecte-
bantur, ut cap. III. ostendimus. Peculiariter tamen potus
qui ex pomis fiebat, *pomatium* dictus fuit. Glossæ Isidori?
Pomatium, mollis & liquidus potus ex pomis. Joan. Matthæ. 3
us *pomatam* vocat in speculo sanit. cap. III. Adr. Turne-
bus *vinum pomarium* lib. de vino. Meminit ejus Carolus
M. in Capitulari de villis: *Siceratores, id est, qui cervisi-*
am, vel pomatium, vel piratium, vel aliud, quodcunq; li-
quamen ad bibendum aptum fuerit, facere sciunt. Coete 4
rum *potus mollis* in Glossis Isidori sumitur pro *leni*. Molle 5
enim *lene* est. Virgilius lib. I. Georg.

Tunc agni pingues, tunc sunt mollissima vina.

Et lib. IV. Æn.

— — *Est mollis flamma medullas.*

Plinius Valerianus lib. IV. cap. XLII. *Impones super carbo-*
nes lenes. Apicius lib. X. cap. VI. *Igni mollissimo calefacies*
& coques. Quemadmodum & Græci dicunt *εἶνον σκληρόν,*
εἶνον μαλακόν. Vide Barthium Notis ad Itinerar. Rutilii Nu-
matiani, Jo. Chiffletium Dædalm. lib. II. cap. II. & ami-
cum veterem nostrum, virum eruditissimum, Jo. Rhodi-
um lib. de Acia, cap. xv. Verum *pomatta* hæc jam olim
Hippocrates noster lib. de vict. rat. in ac. *ὑδωρ διὰ μήλων*
nuncupavit, *liquorem ex malis.* Græcorum aliis *ὑδρομέλον* 6
dicebatur, tanquam ex aqua & pomis confectus potus, I-
sidorus Orig. lib. XX. cap. III. *Hydromelum, inquit, fit ex*
aqua & pomis Mattianis. Fuere autem *poma Mattiana*, sive 7
Mattiana, boni præ cæteris saporis. Ea Athenæus lib. I.

K

Romam

Romam ab Aquilegiæ Alpibus de vchi solita scribit. Plinius ab auctore nomen sortita indicat lib. xv. cap. xiv. Apicius minutal ex iis conficere docet lib. iv. de re Culin. cap. 8

III. Modum parandi *hydromela* geminum habet Auctor Geopon. lib. IIX. alium Dioscorides lib. v. cap. XIX. Lithuani hodie addunt *brancam ursinam* & *fermenti* aliquid,

9 teste Ant. Sneebergero in Amethysto. Plutarchus *pomatia* ista *μηλίτας οίνος* vocat, seu *vina ex pomis*, Sympos. lib. III. quæst. II. φίλοινοι ἢ, inquit, μή παρόντες ἀμπελίνος, κερδαίνω χρωῖται πόματι καὶ μηλίτας τινὰς, οἱ ἢ Φοινικίνος οἶνος ποιοῦσι. *Vini potores, ubi vinum non habent, hordeaceo utuntur potu*;

10 & *ex pomis quadam aut palmis conficiunt vina*. *Pomatiorum* species est *vinum cydoneum*, ex malis cydoneis paratum. Hoc inter ea recensuit Ulpianus, quæ ex vinea non fiunt, viniq̄ue appellatione inter testamento legata non continentur, L. si quis vinum. IX. D. de trit. vino & ol.

11 leg. Dioscoridi id οἶνον ἢ *μηλίτης*, seu *vinum pomaceum*, καὶ ἰξοχὴν & generis nomine appellatur lib. v. cap. XIX. ubi & *σελασίαν* ejus geminam docet, quarum tamen prior de vino sive musto aliquid, altera de melle, de vino nihil participat. Modos parandi alios docent Plinius Valerianus loco dicto, cap. XLIV. Aëtius Tetrab. II. serm. I. cap. XXXIIX. Oribasius Collect. lib. v. cap. xx. & xxv. & Aegineta lib. VII. cap. xv. Pertinet huc etiam *vinum ex malo punico*, quod alii à granorum multitudine *granatum* dixere. Salomon Rex Cantici cap. IIX. vers. II. vocat *νάμα ῥοῶν*, interpret *mustum*. πολλῶν σε ἄπο οἶνος τὸ μυρεψικὸν ἀπο νάμα ἢ ῥοῶν με. *Dabo tibi poculum ex vino condito, & musto granatorum me-*

14 *orem*. Hippocrati loco adducto est potus ἐκ ἐσῆς, Plinio lib. XIV. cap. XXIII. *vinum ῥοῖτης*: quorum hic modum in

15 super ejus parandi docet. Gallis *pomatia* vocantur *cydre*, quod ab Hebræo *secar* & *sicera* deducant Guil. Stuckius Antiqu.

Antiqu. convival. lib. III. cap. IIX. & Melch. Goldastus
 Notis ad Ekkehardi Jun. lib. de Casib. monast. S. Galli cap.
 IX. & sub *sicera* contineri putant. Utuntur hoc potus ge-
 nere non Germani tantum & Helvetii, sed & Vascones &
 Cantabri, ut testis est Jul. Cæs. Scaliger Exerc. LXXXVII. qui
 addit, Myos Asiaticos *ficus* addere pomis, potumque in-
 de parare, quem *Cherbeth* appellant. Etiam Hispaniolæ
 incolas potu ex pomis confecto uti scribit Hier. Benzo Hist.
 Novi orb. lib. I. cap. XXVII. Potus ex pyris dicebantur *pyra-* 16
tia & *pyratia*. Hieronymus lib. II. adversus Jovinianum;
Paulus in navi panem frangit non caricas: Timotheo dolenti
stomachum vinum suadet bibere, non pyratium. Carolus M.
 Imp. in Capitulari de villis: *Qui cervisiam, vel pyratium*
facere sciunt. Fortunatus de vita S. Randvvigis lib. I. *Po-* 17
tum præter aquam mulsam & pyratium non bibit. Dioscori-
 di *ὄνυξ ἀπίης* vocatur: Turnebo *vinum pyratium.* Ejus
 modum conficiendi idem docet Dioscorides lib. V. cap.
 XXI. de quo etiam vide Palladium lib. III. cap. XXV. Mel-
 chior Goldastus, uti dixi, *pyratia* etiam *biram* vocat. Di-
 stinguit nempe, quod supra quoque tetigi, inter *bieram* &
biram: atque illam ait esse ex hordeo, hanc ex pyris, quasi
piriam, succum nempe ex pyris expressum. Ego vero su-
 pervacaneam distinctionem illam autumo, ut quæ nulla
 auctoritate aut testimonio aliorum nitatur aut firmetur. Et
 sive *bieram* dicas aut *biram*, nihil aliud dixeris, quam cer-
 visia illud genus, quod Germani *Bier* dicunt, ac nemo
 unquam piratis tribuit. De Francis scriptoribus quod 18
 addit, *pyratia* ipsis *sidram* vocari, ex corrupto nomine *si-*
cera, libens ipsi concessero. Est enim illis *sidra* vocabu-
 lum commune, sub quo & pyrateos potus comprehendunt
 & pomaceos, ut ex Stuckio jam dixi. Normanni tamen 19
 pyraceos potus proprie *du pere*, appellant. Germanis po-

tus uterque **M**ost in genere dicitur, quasi *mustum*, ob dul-
 20 cedinem, qua mustum æmulatur. Distinctius vero vocant
Apfelmost / **B**irnmost / *potiorum* aut *pyrorum mustum*. Per-
 tinent ad potus ex fructibus plures etiam alii, quorum hinc
 21 inde apud auctores mentio. Ita potus est *ex myrti baccis*
 apud Hippocratem loco paullo ante laudato: quem parari
 docet Dioscorides lib. v. cap. xxvii. & οἶνον μυρτίτη vocat,
 22 Est apud eundem Hippocratem potus, sive ὕδωρ ἀπὸ Φοι-
 νικοβάλανον, *aqua*, seu potius *vinum ex palmulis*, seu *da-*
ctylis, fructu palmæ elates. οἶνον Φοινίκιον, seu *vinum pal-*
meum Plutarchus nominat. Herodotus lib. iii. vocat οἶνον
 Φοινικίον, sed Laur. Valla Latine male vertit *phæniceum*.
 Ejus meminit & Ephippus apud Athenæum lib. i. Rhases
 lib. iii. ad Almanf. cap. v. Modum vero conficiendi de-
 scribit Dioscorides. Plinius lib. xiv. cap. xvi. ait parari *ex*
medio in aquæ congiis tribus macerato expressoq̄, quo *Parthi*
& Indi utantur, & *Oriens totus*. In provincia Adendacty-
 lis addunt *oryzam & saccharum*, potumq̄ue ex iis faciunt
 optimum, ut refert M. Paullus Venetus lib. iii. Reg. Ori-
 ent. cap. xlvi. Dioscorides vinum ex dactylis ait esse ἰσθ-
 ῶν, ἀλλὰ κεφαλαλγῆς, *potui quidem suave, at capiti gra-*
ve. Sed audiamus etiam Philostratum de viribus ejus lib.
 ii. de vita Apoll. cap. iij. *Ebrietas*, inquit, *non ab uvis*
santum hominibus provenit; verum etiam à dactylis perin-
de atq̄ ab uvis plerique bacchantur. Multos enim Indorum
offendimus vini talis ebrietate correptos, quorum alii quidem
saltantes cadunt, alii dormientes cantant, sicut apud nos fa-
 23 *ciunt, qui ad multam noctem à potione discedunt.* Pertinet
 huc porro potus ille, sive οἶνον, pluribus veterum lauda-
 tus, *ex fructu loti arboris*. De ea Scylax Caryandensis in
 Periplus, ubi de *Lotophagis* agens, *Libyæ populis, à lotie-*
su denominatis, sic scribit: Οὗτοι λωπῶν ἄνθρωποι, σίτω καὶ ποτῶ.
 Ηἱ

Hi lotum utuntur pro cibo & potu. Et addit lotum duplicem esse, ἑλερον, ὃν ἐδίδασσι, καὶ ἕλερον, ἐξ ὧν οἶνον ποιοῦσι. alium quem edunt, alium ex quo vinum conficiunt. Apertius post Scylacem rem explicat Herodotus lib. iv. de iisdem populis verba faciens: Τὸν καρπὸν μόνον τῆ λωλῆ τρώγοντες, ζῶσι. οἱ δὲ τῆ λωλῆ καρπὸς, ἐστὶ μέγεθος ὅσον τὸ τῆς χίτης. γλυκύτατα δὲ τῆ Φοίνικος τῶ καρπῶ περιείκει. ποικίλη δὲ ἐκ τῆ καρπῶ τέττε οἱ Λωλῆφάγοι καὶ οἶνον. E solo loti victu vivunt: qui est instar fructus lentisci, suavitate assimilis fructui palmarum. Ex hoc Lotophagiciam vinum conficiunt. Theophrastus de iisdem, de que loto lib. iv. Hist. plant. cap. iv. ποιοῦσι δὲ καὶ οἶνον ἐξ αὐτῆ. sed & vinum ex loto conficiunt. Athenæus lib. xiv. ex Polybii Hist. lib. xii. lotum accuratius describit, & addit: εἶνεσθαι δὲ καὶ οἶνος ἐξ αὐτῆ βρεχομένη καὶ θρυβόμενα δὲ ὕδατος, καὶ μὴ γλυκύνουσι καὶ ἀπολαυστικοί, οἶνον μέλιτι χρῆσθαι ὡς πάλαιος φησὶ χρῶν) χωρὶς ὕδατος. Fit etiam vinum ex eo in aqua macerato & trito, saporis grati & iucundi, qualis optimi mulli. Merum id sine aqua bibunt. Strabo quidem vini ex loto non meminit, Artemidorum 24 Ephesi tamen adducit lib. iii. qui scripserit: Λωλῆφάγοι καὶ ἄλλοι, σιζόμενοι λωλῆν, πῶσαι πῶσαι καὶ ρίζαν ὧν δένδρα δὲ ποιοῦσι, ὧν δὲ ἐχίντες ὄμα τῶ ἀνυδρίαν. Lotophagi vocantur, qui herba quadam & radice, lotum utuntur: nec ideo circum potu indigent, quem nec habere ob aqua penuriam possunt. Id repetit Strabo lib. xvii. & pro fabula habet. Mox tamen, pau- 25 cis interjectis, in Libya ait esse arborem, quam μελίλωτον vocent, ex qua incolæ vinum conficiant Melilotus autem dicitur lotus arbor, quæ mellei est saporis. Itaque constare hic sibi Strabo non videtur. Quicquid sit, nos potiore fide habemus tot aliorum auctoritatibus de loti vino, præsertim Polybio ἀνυδρία, ut vocat Athenæus, quam uni hac in re Straboni. Verum de vino hoc ex loti fructu Theo-

phraftus addit, ἢ διαμένειν, ἀλλ' ἢ δύο ἢ τρεῖς ἡμέρας εἶ
ἰσχύειν, non perdurare, nisi biduum aut triduum: deinde ace-
scere. Polybius ad diem decimum nec ultra durare voluit:
idque ex Corn. Nepote & Plinius notavit lib. XII. cap. XVII.

- 26 Cæterum Hippocrates loco sæpius jam prolato porro me-
minit ὕδατος ἐκ μεσπίλων καὶ ὄνων, liquoris seu potus ex
mespilis & sorbis: Dioscorides lib. V. cap. XXI. vini ὑπό κερ-
εαλίαν καὶ τῶν μεσπίλων, καὶ τῶν ὄνων, ex filiquis, mespilis &
sorbis: Plinius ex filiqua Syriaca, cornis, mespilis, moris sic-
cis. Et de sorbis etiam Virgilius meminit lib. I V. Georg.
quando de Scythis scribit:

Hic noctem ludo ducunt, & pocula lati

Fermento atq; acidis imitantur vitea sorbis.

- Servius ad hunc locum potus hoc genus generali *cervisia*
nomine comprehendit. Glossæ veteres: *Sorbium, cervisia*
27 *vel potus ex fructu sorbi.* Sed refer nunc etiam potum *ex fi-*
cubus sive potum σουκίτω, à Dioscoride descriptum lib. V.
cap. XXXI. cuius & Plinius meminit lib. XIV. cap. XVI. & Rha-
28 ses lib. III. ad Almanf. cap. V. Potum Æthiopum *ex tama-*
rindis acidiusculum, quem *arach* appellant, notat Scali-
ger exercit. LXXXVII. Javanorum *ex tamarindis & pomis*
citriis habet Jac. Bontius Dial. III. de conserv. valet. Indor.
Turcarum potionem, quæ huc pertineat, describit Auges-
rius Busbequius Legat. Turcicæ Epistola I. *Capiunt, in-*
quit, uvam passam eam mola subigendum curant, ita subar-
ctam & contritam injiciunt in vas ligneum: deinde super-
fundunt certam portionem calentis aqua, miscentq; & tes-
cto diligenter vase patiuntur fervere uno atq; altero die, quod
si remissius ferveat quam opus sit, adjiciunt vini facem. Pri-
mò, ubi fervere cæperit, si gustes, insipidum quiddam & ni-
mia dulcedine odiosum videatur: postea accedit nonnihil aci-
di saporis, quod dulci mixtum vehementer palato blanditur.

Ita.

Itaq; tribus aut quatuor diebus ea potio est gratissima, praesertim ubi multum fuerit refrigerata. Addit vocari potum illum Arab sorbet, seu potionem Arabicam, & tentare caput pedesque non minus quam vinum, non diu tamen servari posse, sed mox plane acescere. Sed forte hic potus vino propior fuerit. Adde his potus ex fructibus Brasilia-²⁹ norum, ut ex *Acaaba* vel *Acajaba* arboris fructu maturo, quem vocant *Caji*: ex fructibus arboris *Pacobete* & *Pacolucu*, dictum *Pacobi*: & ex fructu *Nana*, appellatum *Nanaï*, de quibus agit Georg. Marcgravius *Rer. natural. Brasil.* lib. III. cap. II. & lib. II. cap. VII. Denique huc spectant potus ex *nucleis pineis* apud Plinium loco proxime adducto: item potus ille, qui in Nicaragua Americae provincia fit ex fructu *cacao*, quem amygdali specie arbor profert *Cacavate* dicta. Eum fructum incolae in testa fictili exiccant, lapidibus contusum & commolitur, fufumque in pateras aqua temperant, addito interdum paucopipere, ut refert Hier. Benzo *Hist. Novi orb.* lib. II. cap. XVI. Sed addit, *porcorum* hunc potius esse potum & colluviem, quam hominum potionem. Reperit haec ex Benzone Carolus Clusius in *Descript. peregrin. stirp.* cap. de Cacao. Ve-³⁰ teres ex *aromatibus* insuper sibi potum concinnasse, auctor est Jo. Guil. Stuckius *Antiqu. Convival.* lib. III. cap. VI. sententiaque probandae sequentem adducit Aristotelis ex Athenaei lib. XI. locum: *Ollis Rhodanis aqua, qua vinum miscebatur, calefieri olim solita fuit, iniecta in eam myrrha, mastiche, croco, balsamo, amomo, cinamomo & aliis aromatibus, cum ebrietatis, tum Veneris coercenda gratia.* Verum hic potus huc proprie non pertinet. Et praeterea recte advertit vir eruditissimus, Jo. Freinsheimius *Dissert. de Calidae potu*, locum hunc nec in Aristotele, nec Athenaeo inveniri. Interim pro *coercenda*, mavult legere, *con-*
cit an.